



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

XVII. De his, qui ad Episcopatum promoti sunt, nec recepti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

tiatur autem & vita eorum, quales tempore pœnititudinis extiterint, & ita misericordiam consequantur. Quod si inexplebiliter his hæfere criminibus, ad agendam pœnitentiam prolixius tempus insu- mant. Quotquot autem peracta viginti annorum ætate, & vxores habentes, hoc peccato prolapsi sunt, viginti quinque annis pœnitentiam gerentes, in communionem suscipiantur orationum. In qua quinquennio perdurantes, tunc demum oblationis sacramenta percipiant. Quod si qui & vxores habentes, & transcendentés quinquagesimum annum ætatis, ita deliquerint, ad exitum vitæ communio- nis gratiam consequantur.

XVI.

Eos qui irrationabiliter vixerint, & lepra inusti criminis alios polluerint, præcepit sancta Synodus inter eos orare, qui spiritu periclitantur immundo.

XVII.

Dist. 92.
Si qui epi-
scopi ordi-
nati sunt.

Si qui Episcopi ordinati sunt, nec recepti ab illa parochia, in qua fuerant denominati, voluerintque alias occupare parochias, & vim præfulibus earum inferre, seditiones aduersus eos excitando, hos ab- iici placuit. Quod si voluerint in presbyterii ordi- ne, vbi prius fuerant, vt presbyteri residere, non abiiciantur propria dignitate. Si autem seditiones commouent ibidem constitutis Episcopis, presby- terii quoque honor talibus auferatur, fiantque damnatione notabiles.

XVIII.

27. q. 1.
Quotquot
virginitatē
polliciti.

Quotquot virginitatem promittentes, irritam faciunt sponfionem, inter bigamos censeantur.

Virgines